

45.

Praeparatoriae conciones ad. S. Synaxin habeantur, in quibus L. C. de vero verborum S. coenae intellectu et praxi nervose tractandus.

46.

Nemo extraneorum neogamorum copulandus sine sufficienti producto testimonio, ant superiorum mandato impetrato.

47.

Prophanationes Sabbathi observentur, prohibeantur, indicentur etc.!

48.

Vidui ad nova vota accessuri non copulentur nisi effluxo justo luctus tempore, vel dispensatione a iudicibus gamisterii impetrata, et inventariis (si *έντεκνοι* vel *πολυτεκνοι* sunt) prius confectis.

49.

In concionibus exequalibus abstinendum a panegyricis et epae-
naticis

50.

Constitutiones presbyteriales, competentiales, instructionales, ut et catechisationes et scholae accurate observentur.

51.

Registra defunctorum, neogamorum, baptizatorum, novorum communicantium, aedilium sive fabricae, eleomosynarum, redituum, praediorum, mobiliorum et immobiliorum ecclesiasticorum, hypothecarum, syngrapharum, salariorum: item capitalia, privilegia, jura, consuetudines, ecclesiae ratione nobiles, praejudicia, documenta literaria alia p. p. pastores fideliter custodiant, aut ad consistorium remittant.

52.

Corydi ecclesiastici (Kirchenrüger) ordinandi sunt.

53.

Inquisitio fiat diligens in impie et scandalose viventes.

54.

Encaenia, luperculia, Eleusynia*) in Orcum releganda.

55.

Juventutis accolarum Lutheranorum et pontificiorum ratio habenda.

56.

Ideoque quilibet ita vigilet ut alios ex Lutheranismo vel papismo cum bono Deo veritatis luce vitaeque integritatis tramite lucretur.

57.

Maxime igitur theoria cum praxi sancte et docendi et discendi

*J Kirmessen, Tröster und Spinnstuben. (?)